

\* P \* V \* I \* S \*

\* 1 \* 6 \* 2 \* 4 \*





- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Epigramma de Christo recens nato Joachimi Flemingi.
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Hug: Principi Ansalino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodori Gorlicio
- VII. Theophrastus Epigramma ad Dn. Augustum Principem Ansalinum Thomazij causa servestanae nerezum M. Petri a Jena.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelinii ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensium.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Ansalino sponso scripta.
- XI. Theophrastus Epigramma ad Rudolpho Princ: Ansalino scripta à Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolphi Princ: Ansalini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravintonis et Biomeae.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Despuensem Carmen Epigrammaticum.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vbici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrami.
- XX. Bulla Amuleti M. Bloey.
- XI. Oda honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudligeri. Dn. Matthaei Coleri Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistratum cultum pronuntiata.
- XXIII. Epigramma in honorem Cerevisiae Servestanae Danielis Burchardi.
- XXIV. Desortatio à Callemnys.
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Prætorio.
- XXVI. Votum Scholae Vesaliensis.
- XXVII. Theophrastus Epigramma ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrus Dn. Johannis Guac.
- XXIX. Trizinta Jeverum M. Christiani Galli Italosaxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Strenis Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisberi
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammaticum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johannis Amlingi Nicolai May.





GRATIARVM ACTIO  
 HEROICO GENERE CAR-  
 MINIS EXPRESSA ET IN MA-  
 GNO ACADEMIAE HEIDEL-  
 bergensis Auditorio publicè  
 pronunciata

A  
 M. IOHANNE COPPENIO SER-  
 VESTANO ANHALTINO  
 Cum Pridiè Kalend. Martij An. 1611.

*Rectore Magnifico Reverendo & Clarissimo viro*  
 DN. DAVIDE PAREO SS. Th.D. & Profefs.  
*Speſtabili Facult. Philoſophica DECANO Clarifs. viro*  
 DN. VVOLFGANGO LOSSIO PHILOSOPHIAE  
 & Medicinæ D. & Phyſices Profefſore

A  
 Cl. viro DN. M. IACOBO CHRISTMANNO Organi Aristo-  
 telici Profefſore Ordinario & linguæ Arabicæ Extraord.  
*Philosophia Doctor renunciaretur.*

IN NOBILI SPIRA,  
 Typis DAVIDIS ALBINI.



GRATIA M. A. 1710

HEROICO GENERE CAR-  
MINIS EXPRESSA ET M. A.  
G. N. A. L. O. S. M. A. R. H. I. D. E. L.  
degenis Androno publico  
promissa

M. IOHANNES COPPENHO SER.  
VERSTANO ANHALTINO  
Cum Publico K. Rend. M. A. 1710

Rektoris Magnifico Rectoribus & C. I. A. S. M. A. R.  
D. N. DAVIDE BARBIS SS. TH. D. & P. R. O. F. E. S. S. O. R.  
Substituti Rectoris Magnifici Decano Collegii  
Dr. V. V. U. R. G. A. L. I. O. F. O. S. S. I. O. P. H. I. L. O. S. O. P. H. I. A.  
& Medicinis D. & Physices Professores

A  
Cl. vno D. M. I. A. C. O. G. O. C. H. R. I. S. T. M. A. N. N. O. C. O. G. N. A. T. A. L. I. O.  
re. P. O. S. S. I. T. O. D. I. C. T. A. S. I. N. A. S. I. D. E. L. I. B. R. A. R. I. A. S. S. E. R. V. A. T. I. O. N. I. B.  
Theologice Doct. rectorum

IN NOBILI SPIRA  
Typis Davidis Albin





**Q**um nostra eventus optata habuere secundos,  
Condecet & par est grato ut de pectore grates  
Promamus, namq; & volucres concentibus auras  
Dum mulcent, gratas sese praeberere videntur,  
Latitiâq; fremunt valles, montesq;, resultant,  
Ipsa sonant arbusta Deum, sylvaq; loquuntur.

Huc ergo Aonij montis juga summa colentes  
Huc agite ô Musa, & prompta ad mea vota venite,  
Vos etenim Iho've soboles, vos gaudia terra  
Deliciaq; estis cunctis mortalibus, acri  
Quotquot ab ingenio, quotquot pietate vigentes  
Ante homines alios, virtus super astra locavit  
Vestrum est carminibus summum celebrare Iehovam,  
Qui primus statuit cunctis exordia rebus  
Principio ipse carens, rebus quiq; omnibus idem  
Dat finem qui sine caret, qui tempora certis  
Distinguit vicibus, facit omnia & omnia servat.

Vestrum etiam Heroas nulli virtute fideq;  
Aut multa pietate, DEIQ; timore secundos,  
Nempe Palatinos comites cantare sonoro  
Car mine, qui cultis augusta Palatia Musis  
Struxerunt, celebremq; scholam cum laude tventur.

Vestrum est Magnifico Reçtori ipsisq; Decanis  
Praeclaris virtute viris depromere grates,

Vestrum est illustres Comites cantare, celebrem  
Qui reddunt actum prisco de sanguine creti.

Insigniq; viro Christmanno gratia danda est,  
Estq; professorum cantandus versibus ordo.





Ergo quibus verbis, quo demum carmine digno  
Quo vè modo aggrediar meritas per solvere grates  
Cælicolum Regi, rerum cui summa potestas.  
Nam licet immensas hac per se gratia laudes  
Promerita est, quod opus tam vasti condidit orbis,  
Et terra faciem varia ubertate beavit,  
Humanumq; genus tanto cumulavit honore,  
Ut dederit soli vultus (ante omnia bruta)  
Lumen inesse sui: tamen hoc extollere dignum est  
Laude pari (vivax dum spiritus hos regit artus)  
Quod pater altitonans cæli terraq; Creator  
Tot claras Academias dedit atque benignè  
Servat adhuc, in quèis discit studiosa juventus  
Nosse Deum, servire Deo, prodesse propinquis.  
Agnoscenti etiam nobis sunt (aurea Ithova  
Dona) Palatini Heroes, pulcherrima quorum  
Gloria casareo Majorum sanguine fulget.  
His Ducibus magnis referenda est gratia: namq;  
Nostra Academia gaudent audire Patroni,  
Hic ubi conspicitur felici regia cultu  
Prisca Palatini generis de sanguine sedes,  
Claraq; vitifero iacet Heidelbergæ recessu,  
Sana tutores doctrinæ, regna Ducesq;  
Conciliant, pacemq; ferunt cum legibus orbi,  
Stant per eos firmata fide, seq; oppida recto  
Iure tenent, partisq; opibus securæ fruuntur,  
Et pietas veraxq; (una qua sidera adimus)  
Religio per eos firmis dominatur habenis.  
O utinam ille Heros FRIDERICVS nomine Quartus  
Viveret, ac numen terris velut ante teneret,  
Quem dudum Patriæ Patrem Rhenusq; Nicerq;  
Planxere, insolito tollentes murmure fluctus,

Qui



5  
Qui caelo vivens Superis conviviva mensis  
Ducit, qua cithara cantus, qua gaudia degunt,  
Qua pax lata habitat nullis obnoxia curis,  
Qua nulla insidia, non Martia classica possunt,  
Non rixa aut caedes vitam tu bare beatam.  
Optimus hic Princeps, vitæ dum carperet auras,  
Quod sic turbata res & Germania præ se  
Tam tristem ferret faciem pronamq; ruinam,  
Commiserans, regnoq; suum testatus amoreno  
Patronum statuit Patria, soboli atq; Maritæ  
Urbe Bipontinâ dominantem ad flumina Blisa  
Illustrem IANUM pietate & fortibus armis,  
Quo duce Relligio, quo fas paxq; alma vigeret,  
Et populus sub vite suâ ficuq; maneret.

Salve igitur patria o tutor fortissime Princeps,  
Electorum qui nunc regis atque gubernas  
Serenus & felix, certe tibi premia laudum  
Nunquam digna satis persolverit ulla nec atas,  
Nec populus, vivet memori tua gloria fama,  
Donec erit cælum donec vaga Sidera cælo.

Tu quoq; Teutonia lumen numenq; tuorum  
FRIDERICI o nunc Quinte Comes, salve optime Princeps,  
Fata tibi vitam, Nympha tibi pensa trahentes  
Ad justum extendant ætatis stamina robur,  
Tot tibi felices annos, tot secla precamur  
Aethera quot pennis volucres, quot & æquora pinnis  
Traiiciunt pisces, NICER & quot volvit arenas,  
Gargara quot spicas numerant, quot sidera cælo  
Nocturnam circumvolitant rutilantia Lunam:  
Non te bella premant unquam, non ulla minetur  
Exitium fortuna tibi, sed floreat auctum  
Imperium, tu nunc qua flores indole, quoq; es

A iij.





6  
Præditus ingenio, virtutibus erige celsum  
Dux generose animum, sacras nec sperne Camenas,  
Sed patris instar ama sic laus nomenq, manebunt,  
Atq, honor & nullum inveniet tua gloria finem.

Et nunc ordo monet me, ut te quoq, magne PAREE  
Compellem, quem magnificis Academia sceptris  
Ornavit nuper, nunc Rectoremq, salutat,  
Tu dignatus ades nostris assistere sacris,  
Quamvis cura scholæ, quamvis tibi cura Senatus  
Commisssa est, clavescq, geris clavimq, gubernas,  
Ut tibi vota feram, certè jus fasq, requirit,  
Hoc pietas tua rara iubet, iubet inclitus ardor  
Doctrina, probitasq, calens virtutis amore,  
Is, qui stelliferos moderatur nitibus axes  
Omnipotens donet placidis tua carbasa ventis,  
Et tua consilia & tua dicta & facta gubernet,  
Ut sit Musarum Duce te Respublica salva,  
Te Duce te Rectore scholæ pax floreat huius.

Et vobis, Comites, generoso stemmate nati  
Dotibus eximijs celebres, rerumq, decore  
Gestarum prisco, & veterum virtutis avorum,  
Fas iubet & par est, grates persolvere, quod vos  
Aonidum sacris (nec enim laus parva) favetis  
Præsentesq, magis celebrem nunc redditis actum.

Ad vos eximij docta virtute Decani  
Vosq, Professores famæ splendore verendi,  
Et pietate graves, ad vos me verto Patronos,  
Vera & sincera qui religionis amantes  
Et defensores multa cum laude coronam  
Hic studiosorum Christi cognoscere verbum,  
(Quanta DEI bonitas sit gratia quanta) docetis,  
Vnde capit magnos sibi sancta Ecclesia fructus.





Vos quoq; qui nobis qua sit sapientia Legum  
Monstratis causasq; agere & componere lites  
Cum trepidos ad jura decem citat hasta virorum,  
Et finire jubet centeno iudice causas,  
Quoq; modo possint Respublica, Curia & Aula  
Servari & florere diu, qua premia justis  
Decernenda, malis vero qua pœna, monetis.

Vos etiam morbos Phœbi qui pellitis arte,  
Quiq; potestates herbarum, usumq; medendi,  
Quid faciat sanos, quid hiantia vulnera claudat,  
Qua ferro cohibenda lues (si non queat herbis  
Cedere) gaudetis cum magnâ tradere famâ.

Vos quoq; qui discenda daktis primordia mundi,  
Et rerum causas, & quid natura, quid aër,  
Quid grando, pluvia, unde nives, quis fulminis ortus,  
Quid faciat graviter displosa nube tonare,  
Quid quatiat terras, qua sidera lege ferantur.  
Et qui monstratis speculumq; exemplaq; honestè  
Ducenda vite, unde queat depromere quisq;  
Qua fugienda, quid & sit turpe, quid utile, quid non,  
Ut prudens facienda probet, culpanda relinquat.

Vobis quas possum perago persolvoq; grates,  
Quod numero cohonestare atq; ornare frequenti  
Solennem hunc actum voluistis. Gratia certè

Et tibi debetur, **LOSSI**, clarissime Doctar,  
Ipse Decanatus felix quod munere fungens  
Egregio probitate viro, virtutibus aucto

**CHRISTMANNO**, quem commendat clementia vultus,

Quem pietas simul exornat, concesseris, ampli

Laude Magisterij nos insignire decenter:

Ergo etiam versu merito laudabere nostro

**CHRISTMANNE** ô vir clare, tibi debere fatemur

Cetera,





**C**etera, quod Procerum, quod clarorumq; virorum  
Hoc in confessu, Iuvenum spectante corona  
Tute Magisterij titulos ac munera laudis  
Nobis contuleris, dederis nova nomina nobis,  
Scilicet hac virtutis amor, qui nulla laborum  
Premia, quam laudis desiderat, unicus affert,  
Est aliquis, quem splendor opum, quem gratia formae  
Extulit ad laudem: verum laus illa caduca est.  
Divitias siquidem casus, formam eripit aetas,  
Ast virtutis honos semper post funera vivit.  
Vosq; alij virtute viri, juvenesq; probata,  
Ille favor, vesterq; amor ille & gratia vestra  
Vivam accenderunt in nostro pectore flammam  
Perpetis officij, quod nos caelestibus auris  
Dum vesci dabitur grati servabimus. Ergo  
Quod superest votis pariter concludimus actum,  
(Nam caeleste movent Numen pia vota) precantes:  
Nate DEI summi mens, splendor, imago Parentis,  
Finibus hostiles arce o fortissime gentes,  
Dulcia tranquilla nobis da tempora vite, ut  
Sceptra Magistratus vigeant, artesq; colantur:  
Et mare dum fluvij repetent, dum montibus umbrae  
Harebunt, convexa polus dum sidera pascet,  
Floreat & vireat vigeatq; ACADEMIA nostra  
HEIDELBERGENSIS totum jam clara per orbem.

**F I N I S.**



Id 4206  
g

ULB Halle

3

004 167 287



f  
56

Sik. 18 u. 25 nicht in FICA,  
da Hschr. +90

8-14


24 VD 17

100-By  
Jul. 01

M










Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



XXII



MACTIO  
ENERE CAR-  
SA ET IN MA-  
IAE HEIDEL-  
torio publicè  
ciata

OPPENIO SER-  
NHALTINO

. Martij An. 1611.  
endo & Clarissimo viro  
o SS. Th.D. & Profefs.

DECANO Clarifs. viro  
SSIO PHILOSOPHIAE  
ylices Professore

ISTMANNO Organi Aristo  
inguae Arabicae Extraord.  
renunciaretur.

SPIRA,  
S ALBINI.



an 21

